



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Litaniæ B. Virginis, n. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

*Surium.*

benignè est elargitus. Illud certè præclarum, quod in vita sancti Brunonis apud Surium die 6. Octobris de hoc Officio Deiparæ scriptum inuenimus, & nos cap. 35. vberius narrauimus de Carthusianis primis Patribus, absente S. Brunone, magnis animi angustijs agitatis, quibus S. Petrus Apostolus apparens Virginis prælidium promittit, si in eiusdem honorem pieces horarias quotidie recitarent, quare animilæuna misericordè perfusi, Deiparam sui Ordinis patronam delegerunt, & ab ijs molestijs Virginis ope sunt liberati.

*Simile ex B. plinio de Monasterio Gammogensi.*

Petrus Damianus apud Baronium Tomo 1. ad annum 1056 narrat in Monasterio Gammogensi statutum fuisse, vt cum horis Canonicis quotidie B. Virginis quoque Officium diceretur, quod tamen post triennium recitare omiserunt. verum tot, tantisque aduersitatibus, deprauationibus, & rapinis eiusdem Monasterij bona diripi ceperunt, vt Monachos omnes vitæ tæderet suæ. At Petrus Damianus, idcirco hæc ijs accidisse exprobrauit, quod de suo Monasterio Matrem pietatis eiecissent. Quare humiliter prostrati, ac salutarî correpti penitentia solitum Virginis Officium nunquam se neglecturos vnanimiter polliciti sunt, nec ita multo post ad mentis, animique serenitatem Virginis beneficio redierunt.

*Officij B. Virg. recitandi vsus frequen- vissimus. Exemplum de fraire Regis Hungariae.*

Hoc porro B. Virginis Officium ad so in omniæ tum virorum, tum mulierum mores inductum cernitur, vt eorum, qui legere norunt, nemo ferè sit qui illud a pud se habere, & interdum recitare non studeat. Et sanè benignissima Virgo eam pietatem miraculis aliquando comprobasse legimus, vt videre licet in fratre Regis Hungariae, quem tempore Caroli Fræcorum Regis horas has dicentem clementer visitauit; à carnalibus nuptijs, quas solum contraxerat, ad castitatem in religione seruandam traduxit; eiq; festum Conceptionis celebrandum edixit, quod fuit in tractatu de festis Deiparæ ex Iacobo de Voragine, & ex Epistola Anselmi retulimus. Quare qui Virginis studiosi censentur, eiusmodi Officium piè recitare conueniant: cuius rei, omnibus satis quidem exploratè, exemplum vnum, vel alterum proferamus.

*S. Elisabetha Lusitania Regina.*

S. Elisabetha Lusitaniæ Regina sanctitate insignis (auctore nostro Petro Ioanne Perpignano orat. 1. laudationis in eandem) singulis diebus officium diuinum, quod sacerdotes per-

soluunt, Septem Psalmos, & Defunctorum officium recitabat, quibus mira quadam religione adiciebat officium paruum B. Virg.

Beatus Iacobus Venetus Ordinis Prædicatorum ab ineunte ætate Auixæ opera in Deiparæ pietate est educatus: puer verò Deiparæ officium quotidie recitabat, statuitque reliquo vitæ suæ tempore illud non omittere, postea verò decimo septimo ætatis anno Ordinem Prædicatorum complexus sanctitate, & miraculis clarus, obiit anno 1314. ætatis 83. Auctore Ferdinando Castillo in Chronic. Ordinis Prædicatorum part. 2. lib. 1. cap. 26.

Huc reuocari potest id, quod S. Bonauentura Doctor verè Seraphicus, & studio erga Deiparam misericordè incensus in Deiparæ honorem non minùs piè, quàm eleganter exco- gitauit. Eoim verò multa in Dei laudem edita, mutatis subinde verbis, Deiparæ accommo- dauit; atque ita integrum Dauidicam Psalterium, Cantica, quæ ex sacris literis in Officio recitantur, symbolum sancti Athanasij: *Quicumque vult saluus esse*, & Hymnum sanctorum Ambrosij, & Augustini, cuius initium est: *Te Deum laudamus*, in Deiparæ laudem concin- natis quibusdam verbis felicissimè transfudit, vt videre est tomo secundo suorum Opuscu- lorum.

*Ex Petro Perpignano.*

*B. Iacobus Venetus Ord. Prædicatorum.*

*Ex Chro. Ord. Præd.*

*Opuscula S. Bonauentura in B. Mariae Virginis honorem.*

LITANIÆ B. VIRGINIS.

**Q**UARTO Litaniz, quæ peculiariter in Virginis honorem sunt editæ; atque in templo Lauretano, & alibi decan- tari solent, sicuti magnam erga Virginem pietatem excitant: ita non sine insigni animarum & corporum emolumento à fidelibus vsurpan- tur, ac piè recitantur. earum præstantissimâ quidem opem cum alijs complures, tum nostra potissimum, vt cap. 35. diximus, est experta Societas, cum magnis persecutionum pro- celus agitaretur. Et sanè fideles in rerum suarû angustijs, aduersis que temporibus, ex Sancto- rum Litanij, quibus eorum intercessionem inuocamus, magnum adiumentum experi- untur. Testes eius rei sunt Litaniz Maiores die 25. Aprilis à sancto Gregorio institutz, quarum formulam ex Bibliotheca Cassinensi literis Longobardicis exaratam habet Arnoldus Wion libro quinto ligni vitæ, cap. 12. Wion. Testes triduanæ Litaniz ante Domini Ascen- sionem ob imminentem cladem à sancto

*Litaniarû B. Virg. præ- stanis, Ge- nialissim.*

*S. Gregori Pontifex. Arnoldus Wion.*



S. Mamerto Vienne[n]si Episcopo restituta, & ab Ecclesia vniuersali comprobata. Testes Litanie, quas beata Coletta Monialium sancte Claræ reformatrix eximia, vt est apud Surium in eius vita, cap. 26. & 27. cum siue in itinere, siue etiam in Monasterio à facinorosis hominibus aliquid mali metueret, ad suam tuorumque incolumitatem, ac salutem non sine fructu recitandas, suis edicebat. Quæ cum ita sint ex Litanis Deiparæ, cuius preces, vt cap. 30. dicebamus, præ cæteris Sanctis apud Christum sunt efficacissimæ, quantum opis, quantumque præsidij sperare possumus, ac debemus?

S. Bonauenturae sanctus Bonauentura doctrina, ac pierate insignis, qua Idam Virginis Deiparæ Litanias ex varijs eisdem epithetis, atque elogijs concinnatas edidit, quæ quidem in 2. tomò opusculorum impressæ reperjuntur.

KOSARIUM DEIPARÆ, ET DE EIVS

nomine, Auctore, precandi ratione, ac multiplici utilitate.

De Rosario B. Virginis.

QVINTO, Rosarium, seu Psalterium Deiparæ, quod ternis salutationis Angelicæ quinquagenis continetur, Oratione Dominica ad singulas decadas præmissa, S. Dominicus ad extinguendam Albigenisum hæresim, Deiparæ monitu feliciter instituisse scribitur, vt mox dicemus; quæ orandi formula maximo animarum fructu propagata tot, tantisque miraculis illustratur, vt nonnulla de eius Nomine, Institutione, Recitandi ratione, utilitate mihi dicenda existimari, adjectis nonnullis hæc de re exemplis, ac miraculis.

Cur hæc precandi ratio sit à rosis nuncupata. Virgil. 4. Georg.

Et vt nomine exordiamur, Rosarium locus est Rosis constitus, quemadmodum latinus Poëta dixit:

Biferisq; Rosaria Psali.

Ex hac verò metaphorica similitudine Rosarium appellamus precandi quandam formulam mytticis contextam Rosis, hoc est Oratione Dominica, & salutatione Angelica ad certum numerum, & ordinem dispositis.

Nec cuiquam mirum videri debet, si ex Rosis potius, quam ex alijs floribus sortum hoc, seu Coronam, qua Deiparam mytticè redimere studemus, contextam dicamus, ideoque Rosarium appellemus; tum quia Rosa omni-

bus cotonis facile aptatur, vt propterea Anacreon, teste Iulio Polluce lib. 6. si pavi goliav dixerit, hæc est Coronam Roseam: tum etiam, quia Rosa suavitate, & fragrantia, & coloris pulchritudine merito diuinæ laudis typus appellari potest; qua laude Deus, Deiparæque summopere delectantur. Quare Ecclesiastici 39. Spiritus sanctus cum sanctos viros ad Dei laudem lacrymarum vi roboratam excitaret, Rosæ metaphora ad aquas posita eam exprimit: Obaud te, inquit, diuini fructus, & quasi Rosa plantata super riuos aquarum fructificante. & mox: Collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus eius. Hinc factum existimo; vt in compluribus miraculis, quæ recitantibus Rosarum, siue Coronam, siue Corollam Deiparæ ostendere dignata est, quæque infra referemus, crebro sub Rosarum typo salutationes Angelicæ significantur.

Neque nouum est precandi rationem ex his laudum orationibus, quasi varijs floribus constatam, sortum, seu Coronam dici, cum Græci coronam laudum appellent, & Nazianzenus Tragedia Christi patiens de Corona Deiparæ mytticis precationum flosculis constate cesinisse videatur, cum Deiparam sic alloquitur.

Ego fructus hic tibi me audientius, in verba supplex offeram, & suauissimo Contextam ab hortis, qua tuū exornum caput, Coronam ô Domina præferâ, vt qua gratia.

Eadem precandi ratio non tantum Rosarium verum etiam PSALTERIUM dici solet, quod instar numeri Psalmorum in Dauidico Psalterio centies quinquages saluatio Angelica repetitur; quare quindecim decades, quæ totidem Christi, ac Deiparæ mytticis respondent, conficiuntur, & ad tres quinquagenas reuocantur, iuxta triplicem mytticorum, quæ Gaudiosa, Dolorosa, & Gloriosa dicuntur, varietatem.

Sed iam ad Rosarij Auctorem, & institutorem veniamus, quem S. Dominicum Ordinis Prædicatorum Fundatorem fuisse testantur in suis Bullis Leo X. Pius V. & Gregorius XIII. idque fusè tradit Ferdinandus Castilia in 1. par. Chron. S. Domin. lib. 1. c. 11. 34. 35. & 44. & alij, qui hæc de re scribunt.

Illud tamen minimè reticendum Polydorum Virgilium lib. 5. de inuentione rerum cap. 9. referre Petrum Eremitam, qui annum Domini circiter 1093. de bello sacro indicendo